

J-G. WACHTERI DE RECONDITA HEBRAEORUM PHILOSOPHIA (1706)
[Nach 1706]

Übertlieferung:

L Konzept (eigenh.): LH IV 3 3D, Bl. 1–3, 6 S. 2°.

E FOUCHER DE CAREIL, *Réfutation inédite*, Paris 1854 (nach *L*). 5

Übersetzungen: A. Französisch: 1. A. FOUCHER DE CAREIL, *Réfutation inédite*, Paris 1854.

2. M. DE GAUDEMAR, *Réfutation inédite*, Arles 1999 (nach *E*). B. Englisch: 1. P. P. WIENER,

Leibniz Selections, New York 1951, S. 485–497 (Auszug nach *E*). 2. R. ARIEW U. D. GARBER,

Philosophical Essays, Indianapolis 1989, S. 273–281 (Auszug nach *E*).

Joh. Georgii Wachteri de recondita Hebraeorum philosophia 1706. 8° pagg. 10
78.

In praefatione ait Christianos primitivos ab Hebraeis philosophiam accepisse, sed a Platonicis potius accepere, a quibus ipsi Judaei, ut Philo Antiquissimam Hebraeorum philosophiam sectatus est Benedictus de Spinosa e gente Lusitana Judaeus nostro autoris 15
judicio cui si credimus, Spinosa divinitatem Christi universae religionis Christianes agnovit. Sed miror quomodo hoc dici possit, cum autor agnoscat Christi resurrectionem a Spinosa negatam. Quidam Augustinus Joh. Pet. Spaeth. (vid. Ep. Speneri ed) diu apud Knorrium Solisbaci egerat, sed pertaesus credo suae conditionis, Judaeus factus, Mosem se Germanum vocabat. Contra eum scripserat autor librum dictum: *Vergoetterte Welt*: cum in hominem Amstelodami incidisset, ibi Spinosam et Mosem hunc impugnat et 20
Cabalam Hebraeorum simul, quod ex mundo faciat Deum. Sed postea visus est sibi rem rectius agnovisse. Nunc ergo Hebraeorum Cabbalam et Spinosam tuetur; ostenditque

14 f. autoris (*I*) credimus, qui | (2) judicio *erg.* | *L* 17 Quidam (*I*) Mo (2) Augusti (3) | credo vetus
gestr. | Augustinus *L* 17 Joh. . . . ed) *erg.* *L* 18 credo (*I*) esse (2) suae *L*

13 Philo: Philon (Judaeus) von Alexandrien 1. Jh. 14 Baruch de Spinoza †1677. 17 Johann Peter Spaeth (Moses Germanus) †1714. 17 Ep. Speneri: wohl P. SPENER, *Als Johann Peter Späth zum Judenthum abgefallen. Letztes Schreiben an ihn*, 4. Oct. 1697. In: ders., *Theologische Bedencken III*, Halle 1715, S. 961–963. 17 Philipp Jakob Spener †1705. 18 Christian Knorr von Rosenroth (Rautner, Peganius) †1689. 19 f. J. G. WACHTER, *Der Spinozismus im Judenthumb, oder, die von dem heutigen Judenthumb, und dessen Geheimen Kabbala Vergoetterte Welt: an Mose Germano sonsten Johann Peter Speeth . . . befunden und widerlegt*, Amsterdam 1699.

Deum et mundum ab ipsis distingui: Sed in eo parum satisfacit. Nam Deus his est velut substantia, creatura velut accidens Dei. Budaeus in *Obs.* peculiari Halensi scripserat defensionem Cabalae Hebraeorum contra autores quosdam modernos. Idem argumentum tractavit in introductione ad Historiam philosophiae Hebraeorum, ibi auctoris librum,
 5 *Vergötterte Welt* dictum impugnavit. Auctor nunc et se ipsum corrigit et domino Budaeo respondet. Consensum Cabalae cum Spinosa Budaeo impugnatum tuetur, sed Spinosa nunc excusat quem tunc impugnaverat.

Cabbala duplex, realis et literalis, haec est Gematria (haec transponit literas ad syllabas, facitque ex dictione aliam dictionem aut alterius dictionis computum) *Notariaca*
 10 (quae ex singulis literis praesertim initialibus novas dictiones condit) Themura quae est quaedam steganographia et totius Alphabeti commutatio.

Multi prius decernunt quam cognoscunt: Knorrium ait auctor non tam Cabalam seu philosophiam occultam Hebraeorum quam inania assumpta denudasse: Sed Knorrius dedit utrumque ut invenit, bonum et malum.

15 Vetus traditio: Transgressio Adae fuit truncatio Malchuth a caeteris plantis: *Malcuth* nempe seu Regnum est ultima Sefhirarum significatque omnia suavi Dei imperio irresistibiliter regi, sic ut homines putent se suam sequi voluntatem, dum exequentur divinam, Adamum autem sibi libertatem independentem tribuisse, et lapsu didicisse sese non per se stare, sed a Deo per Messiam rursus erigendum esse: Ita ramificationem Sefhirarum Adamus fastigio truncavit. Cabala a קבל *Kebel*, id est, accipiendo, traditione.
 20

Apud Claudium Berigardum in *Circulo pisano*, XX, p. 130. 131. Origenes et alii ex gnosticis patribus imo etiam Hieronymus videntur asserere deceptionem Legislatoribus non minus quam Medicis esse licitam. Disciplina Arcani apud Aegyptios quam severa Pythagoras probavit, qui vix Amasis regis autoritate cui a Polycrate commendatus fuerat,

1 his *erg. L* 2 Halensi (1) posuerat |(2) scripserat *erg. |L* 6 f. Consensum . . . impugnaverat *erg. L*
 15 (1) Addit veteres (2) Vetus (a) truncat (b) traditio *L* 17 sic ut (1) Deus (2) homines *L* 17 se suam
 (1) facere |(2) sequi *erg. |L* 19 f. Ita (1) |a *versehentlich nicht gestr.* |ramificatione . . . fastigium de (2)
 ramificationem . . . fastigio truncavit *L* 24 regis (1) commendatum (2) autoritate *L*

2 Johann Franz Budde †1729. 2 J. F. BUDE, *Defensio Cabalae Ebraeorum contra auctores quosdam modernos*. In: *Observationes selectae ad rem litterariam spectantes*, Bd I, Halle 1700, S. 207–231.
 4 J. F. BUDE, *Introductio as historiam philosophiae Ebraeorum*, Halle 1702 13 f. *Kabbala denudata seu doctrina Hebraeorum transcendentalis et metaphysica atque theologica*, hrsg. v. C. KNORR VON ROSENROTH, 2 Bde, Sulzbach u. Frankfurt 1677–1684. 21 Claude Guillermet de Bérigard †1664. 21 C. G. BÉRIGARD, *Circulus pisanus de veteri et peripatetica philosophia*, Utin 1643. 21 Origenes (Adamantius) v. Alexandrien, der Kirchenvater †254/255. 22 Hieronymus, der Kirchenvater †254/255. 24 Polycrates, Tyrann von Samos †524 v. Chr.

a Diospolitani admissus est: Ipse non minus silentii severus exactor. Et Plato dixit autorem universi in vulgus praedicare nefas; et alibi de Deo aenigmaticè loquendum ut literae periclitantes ab aliis legantur quidem, sed non intelligantur, nec minus Aristoteles aenigmaticus. Vid. Gassendium, *Contra Aristoteleos*. De Academicis, Aug. lib. 3. *contra Academ.* sententias tantum eis aperuisse qui secum usque ad senectutem vixissent. Quin 5 apud Clementem. *Strom.* 5, ipsi Epicurei dicebant quaedam apud se esse non omnibus legenda. Itaque Cartes. ad Reg. part. 1, Ep. 89. injuriam facis nostrae philosophiae si eam nolentibus ostendas, imo si communices aliis quam enixe rogantibus.

Burnetus in *Archaeologia* de Cabalisticorum eorum philosophiam huc redire quod primum ens seu Aensoph in se contineat omnia, eademque sit semper entitatis quantitas in 10 universo, mundum esse emanationem ex Deo, hinc verba fieri de vacuis, vasis, vasculis, canalibus, per quos radii decurrunt, radiis retractis res perire et resorberi in Deum.

Pseudo-cabalam putant quidam nudius tertius a R. Loriensi aut Irira inventam.

Tatianus, dominum, Mundi esse universorum substantiam, Deum esse ὑπόστασιν τοῦ παντὸς Henrici Mori Theses Cabalisticæ: Ex nihilo nihil fieri; nullam esse in rerum 15 universitate materiam, Cabalistarum proprium dogma est.

Omnem substantiam esse spiritum, hoc illi intelligunt de spiritu divino secundum nostrum autorem secus quam Morus. At noster statuit Mundum vel Mundos esse naturae divinae necessarium et immanentem effectum, huic jam autem rei immanentem et emanantem, cum illa singularissime unum esse quomodo omnes concipiunt rem et modum rei 20 a parte rei non distinguunt. Haec male.

Universum posse dici Deum, utpote manifestatum. In iis quae de mundo divino, unde mundus hic spectabilis emanando profluxit, philosophantur Cabalisticæ, adeo aperta est trinitatis confessio ut facile subscribam verbis viri docti. *Obs.* Hall. tom 2, Obs. 16. n. 3. Christianos ab Ebraeis Trinitatem accepisse. Sed autoris iudicio, Picus Mirandulanus 25

2 loquendum (I) nec (2) ut L 5 Academ. (I) ipsi Epicurei spem habet (2) habuisse tecum ab iis (3) sententias tantum L 10 in se *erg.* L 11 verba (I) feci (2) fieri L 13 quidam (I) (—) (2) nudius tertius L 19 rei: *erg.* L 25 Sed | *Joh. erg. u. gestr.* autoris iudicio *erg.* | L

4 P. GASSENDI, *Exercitationum paradoxicarum adversus Aristoteleos libri septem*, Amsterdam 1649.
 4 Aurelius Augustinus †430. 6 T. Flavius Clemens v. Alexandrien, der Kirchenvater 3. Jh.
 7 f. Descartes an Regius, Jan. 1642, CLERSELIER I, 415, AT III, 510. 9 TH. BURNET, *Archaeologiae philosophicae*, London 1692. 13 Loriensi: Isaac ben Salomon Luria †1572 13 Irira: Abraham Cohen de Herrera †1635. 14 Tatianus, 2. Jh. 15 Mori: Henry More †1687. 15 Theses Cabalisticæ: wohl H. MORE, *Conjectura cabalistica, sive mentis Mosaicae in tribus primis captibus Geneseos, secundum triplicem Cabalam*, London 1679. 25 Mirandulanus: Giovanni Pico della Mirandola †1494.

erravit, cum in tribus Sephiris supremis Arboris Cabbalisticis Triadem collocavit, quem alii secuti, et audacissime ille qui, Tom. 1, *Obs.* sel. 4. n. 11, quod per illa nomina Kether, Binah, Chochmah, Coronae sapientiae et prudentiae tres personae speculatis indubitentur ex ipsa Cabalistarum explicatione esse manifestum. Sed sciendum est Numerationes seu Sefhiras longe esse infra Ensoph in quo Trias. Infra Ensoph est Adam Cadmon, id est tota Sefhirarum, luminum, numerationum et Aeonum complexio, non est unigenitus sed primogenitus.

Tatianus in *oratione ad Graecos* se professus Barbaricae (id est Hebraicae) philosophiae sectatorem: in ipso (universorum domino) per potentiam verbi, tum ipse, tum verbum quod in eo erat (verbum internum) extitit. Cum autem voluit iste, verbum ex ejus simplicitate prosiliit, non inaniter prolatum, sed primogenitum opus spiritus ejus (haec verbum externum). Hoc scimus esse principium hujus mundi (Adam Cadmon, primogenitus) natum autem est per divisionem non per avulsionem; quod enim avellitur a primo separatur, quod vero dividitur id functione donatum propria nihil imminuit illum a quo vim suam sumpsit. Haec Tatianus, ubi verba tantum Ebraea Ensoph et Adam Cadmon desunt. Neque ideo Tatianus Arrii praelusor. Arrius factus est haereticus (primogenitum negando vel) primogenitum cum unigenito confundendo. Bullus in defensione Synodi Nicaenae ostendit sect. 3. cap. 5 scriptores catholicos synodo Nicaena antiquiores, filio Dei nativitatem dare quandam quae aliquando coeperit, et mundi creationem antecesserit. Citat Athenagoram, Tatianum, Theophilum Antiochenum, Hippolytum et Novatianum, de quibus ordine agit et tandem, cap. 9. ostendit etiam recentiores aliquos τοῦ λόγου ex patre ad condendum mundum processionem seu συγκατάβασιν agnovisse idque ex sermonibus Zenoni Veronensi tributis, sed post Synodum Nicaenam scriptis, ex Epistola Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum, ex Epistola Constantini ad Nicomedienses, ex Eusebii Pamphili *de laudibus Constantini*, ex ipso denique Athanasio probat. Et addit. p. 394. seq. Ego non ausim hoc arcanum

5 Infra (I) Ad (2) A (3) Ensoph L 18 ostendit (I) scriptores (2) sect . . . scriptores L 19 quae (I) mundi creationem (2) aliquando L 23 sed (I) postea (2) post L

17 Bullus: George Bull, Bischoff v. Pembroke †1710. 17 f. defensione: G. BULL, *Defensio fidei Nicaenae, ex scriptis, quae extant, Catholicorum doctorum* . . ., Oxford 1685 u.ö. 20 Athenagoras, christl. Apologet 2. Jh. 20 Theophilus, Bischoff v. Antiochien 2. Jh. 20 Hippolytos v. Rom †236. 20 f. Novitianus, Schismatiker 3. Jh. 23 Zenon, Bischoff v. Verona †371/372. 24 Alexander, Patriarch v. Alexandrien †326. 24 Alexander, Patriarch v. Konstantinopel †340. 25 Kaiser: Konstantin I, der Große †337. 25 Eusebius, Bischoff v. Caesarea †339. 25 Pamphilus v. Caesarea †309. 26 Athanasius, Patriarch v. Alexandrien †373.

scrutari, etsi videre mihi videar quae de ipso non inepte dici possunt. Itaque ad Athanasium revertor qui triplicem filio nativitatem manifeste tribuit. Prima est qua ὁ λόγος ab aeterno ex patre et apud patrem extitit. Ob hanc nativitatem τὸν πονογενῆ in Scripturis dici ipsum censuit Athanasius. Vid. Athanas. *Or. 3. contra Arrianos*. Altera nativitas consistit in illa συγκαταβάσει, qua ὁ λόγος a patre Deo exivit ad creationem Mundi. 5 Hoc respectu dici illum in scriptura omnis creaturae primogenitum statuit Athanasius. Tertia demum nativitas ejus fuit cum eadem divina persona e sinu et gloria paterna exivit, seque intulit in uterum sacratissimae Virginis. Et Verbum caro factum est. Cave autem hanc magni Athanasii interpretationem contempnas, quippe quae aptissimam Tibi clavem porrigat ad aperiendam veterum quorundam mentem et sententiam, quorum dicta Arriani 10 in haereseos patrocinium traxere, et neoterici quidam Theologi haud minus implicate Arrianismi accusarunt.

Haec Bullus. Autor ait. c. 3. fin. Notandum quod Messias est ipse ὁ λόγος aeternus, non ille Deo internus sed prolatitius, et hic dicimus stylo Cabalistico, Messias, quod spiritu sancto nactus est, qui proinde etiam Spiritus Mundi Cabalisticus dicitur, quia spiritus 15 ejus est qui mundum animavit. Cabalisticus etiam coguntur ut concedant quod corpus Christi sit omnipotens, eo quod corpus Christi secundum illud est corpus primum, unde reliqua corpora per varias Sefiras creatrices speciem et ornatum accepere.

Autor deinde cap. 4, Spinosam cum Cabala comparat, is ait: *Eth. p. 2. schol. prop. 10*. Omnes concedere debent nihil sine Deo esse neque concipi posse. Nam apud omnes 20 in confesso est, quod Deus omnium rerum tam earum essentiae, quam earum existentiae unica est causa; hoc est Deus non tantum est causa rerum secundum fieri, sed etiam secundum esse. Hoc Spinosam cui apparet autorem applaudere. Et verum est non esse de rebus creatis aliter pronuntiandum quam permittuntur a natura Dei. Sed hoc non puto assecutum Spinosam. Meo iudicio. Essentiae quodammodo sine Deo concipi possunt, sed 25 existentiae Deum involvunt. Ipsaque realitas essentiarum qua scilicet in existentias influunt a Deo est. Essentiae rerum sunt Deo coaeternae, velut numeri. Et Dei ipsa essentia complectitur omnes alias essentias, adeo ut Deus sine ipsis concipi non possit perfecte. Sed existentia sine Deo concipi non potest qui est ultima ratio rerum. Hoc Axioma: ad essentiam rei pertinere, sine quo nec esse nec concipi potest, adhibendum est 30 in necessariis seu speciebus, non in individuis seu contingentibus, nam individua concipi

13 (1) Cabalisticus sic (2) Haec Bullus L 13 ait. (1) c. (2) c. 2. fin. (3) c. 3. fin. L 19 comparat, (1) is (2) Spin (3) is L 21 quam earum (1) essentiae (2) existentiae erg. | L 23 Hoc (1) esse (2) Spinosam L 26 realitas (1) existentiarum (2) essentiarum L 29 existentia (1) Deum (2) sine Deo L 30 Axioma: (1) Ad existentiam (2) ad essentiam erg. | L

distincte non possunt. Hinc cum Deo connexionem necessariam non habent, sed libere sunt producta. Inclinatorum ad ea fuit Deus determinata ratione, sed non necessitatus.

Ex nihilo fieri aliquid ad fictiones refert Spinoza, *de Emend. intell.* p. 374. Sed revera modi qui fiunt ex nihilo fiunt. Cum nulla sit modorum materia certe nec motus nec
 5 ejus pars praeefficit, sed alius qui evanuit et cui hic successit.

Cabalistae videntur dicere materiam nec creari ob vilitatem essentiae nec existere posse, proinde vel nullam esse in universo materiam vel spiritum et materiam unum idemque esse, ut habet Henricus Morus in *Thesibus Cabalisticis*. Spinoza quoque negat ullam massam corpoream et materialem quae sit subjectum hujus mundi a Deo creari
 10 potuisse, quia inquit ex qua divina essentia creari potuerit dissentientes ignorant. Est aliquid in his veri, sed credo non satis intellectum. Materia revera est, sed non substantia, cum sit aggregatum seu resultans ex substantiis: de materia inquam secunda seu massa loquor extensa quae minime homogeneum est corpus. Sed id quod homogeneum concipimus et materiam primam vocamus, id est aliquid incompletum cum sit mere potentiale. Substantia autem plenum est aliquid atque activum.
 15

Spinoza putavit *Materiam Vulgi* non existere. Hinc saepe monet a Cartesio materiam male definiri per extensionem Ep. 73. et extensionem male explicari per rem vilissimam quae debeat esse in loco divisibilis, *de Emend. intell.* p. 385. Eo quod materia debeat explicari per attributum quod aeternam et infinitam essentiam exprimit. Respondeo
 20 extensionem aut si mavis primam materiam nihil aliud esse quam indefinitam quandam repetitionem rerum quatenus similes sunt inter se, seu indiscernibiles; sed ut numerus supponit res numeratas, ita extensio res quae repetuntur, quibus praeter communia insunt propria. Haec propria accidentia faciunt limites magnitudinis figuraeque actuales, prius ante possibiles. Materia mere passiva est aliquid vilissimum, nempe cadens omni virtute,
 25 sed tale consistit tantum vel in incompleto, vel in abstractione.

2 producta. (I) Dete (2) Inclinatorum L 4 revera (I) qui fiunt nihil aut ex nihilo (2) modi L
 4 materia (I) imo quodammodo dici potest (2) certe nec L 10 f. ignorant. (I) Ego vero pot (2) Est
 aliquid L 11 intellectum. |Hobbes putat in (I) essentia (2) extensione naturam corporis causa *gestr.* |
 Materia L 14 vocamus, (I) in ea nihil aliud sed (2) id est L 18 divisibilis, |eo quod materia debet
 explicari per attributum *gestr.* etc. *streicht Hrsg.* |de Emend. L 20 aut si . . . materiam *erg.* L 21 sed (I)
 suppo (2) ut L 22 res |dist *gestr.* |quae L 23 propria |communia sunt in passivis, differunt in activis, (I)
 omni (2) quies esse *gestr.* |Haec propria L

10 inquit: *Ethica* I, prop. 15, scholium, GEBHARDT II, 15–16. 17 Ep. 73: vielm. Ep. 72. Spinoza an Tschirnhaus, 15. Juli 1676, GEBHARDT IV, 334.

Spinosa (*Eth.* p. 1. coroll. prop. 13, et schol. prop. 15.) nulla substantia ne corporea quidem divisibilis est. Hoc apud eum non mirum, quia ipsi non nisi unica est substantia: sed mihi id verum est, etsi infinitas substantias admittam, omnes enim apud me sunt indivisibiles seu Monades.

Ait idem (*Eth.* p. 3. schol. prop. 2.) quod Mens et corpus eadem res sit duobus tantum modis expressa, et quod (*Eth.* p. 2. schol. prop. 7.) et quod substantia cogitans et substantia extensa una eademque substantia sint, quae jam sub cogitationis jam sub extensionis attributo cognoscitur. Et ibidem ait: Haec quidam Hebraeorum quasi per nebulam vidisse videntur qui scilicet putarunt Deum, Dei intellectum, resque ab ipso intellectas unum et idem esse. Hoc male mea sententia. Mens et corpus non est idem, non magis quam principium actionis et principium passionis. Substantia corporea habet animam et corpus organicum hoc est massa composita ex aliis substantiis; id verum est eandem substantiam cogitare, et habere massam extensam sibi adjunctam, sed minime ex ea consistere, cum nihil eorum non adimi possit, salva substantia. Praeterea omnis substantia percipit, sed non omnis substantia cogitat. Cogitatio revera est monadum, imo et omnis perceptio, sed extensio est compositorum. Deum et res a Deo intellectas unum idemque non magis dici potest, quam mentem et res a mente perceptas idem esse. Autor putat Spinosam naturam communem assumpsisse, cui insint attributa cogitatio et extensio et eam esse *Spiritum*, sed nulla est spirituum extensio, nisi sumas latius pro quodam animali subtili ut angelia veteribus accipiebantur. Addit autor modos horum attributorum esse mentem et corpus. Sed qui quaeso, mens potest esse modus cogitationis cum sit cogitationis principium? Itaque potius mens esset attributum, et cogitatio esset modificatio hujus attributi. Mirum etiam quod Spinosa supra, *de Emendatione intellectus*, p. 385, negasse videtur extensionem esse divisibilem in partes et ex partibus compositam, quod nullum sensum recipit. Nisi forte velut spatium non esse rem divisibilem. Sed spatium et tempus sunt ordines rerum non res.

Recte ait autor Deum rerum omnium origines ex se ipso invenisse, quemadmodum olim memini Jul. Scaligerum dicere res produci non ex potentia passiva materiae, sed ex

2 Hoc (I) ipsi |(2) apud eum *erg.*|L 6 p. 2. |3. *gestr.* |schol. L 11 habet (I) mentem (2) mentes (3) mentem (4) animam L 12 organicum (I) id est |(2) hoc est *erg.*|L 16 et (I) ips (2) omnis L 18 insint (I) (←)| (2) attributa *erg.*|L 19 nisi (I) ita (←) (2) sumas L 20 f. attributionem *ändert Hrsg.* 24 p. 385 *erg.* L 27 ipso (I) profu (2) invenisse L

8 ait: *Ethica* II, prop. 7, scholium, GEBHARDT II, 90. 28 Julius Caesar Scaliger †1558. 28 non (I) esse (2) ex L

potentia activa Dei. Et hoc ego de formis disserimis seu activis vel entelechiis. Quod ait Spinoza *Eth.* p. 1. prop. 34 Deum eadem necessitate esse causam sui et omnium rerum et (*Tract. polit.* p. 270 c. 3. n. 2) rerum potentiam esse potentiam Dei, non admitto. Deus necessario existit, sed res libere producit, et rerum potentia a Deo producta est, sed a divina potentia diversa est, et res operantur ipsae, etsi vires agendi acceperint.

Ait Spinoza Ep. 21. omnia in Deo esse et in Deo moveri cum Paulo affirmo et forte etiam cum omnibus reliquis philosophis, licet alio modo, et auderem etiam dicere cum omnibus antiquis Hebraeis, quantum ex quibusdam traditionibus tametsi omnibus modis adulteratis, concipere licet. Ego putem, omnia esse in Deo non ut partem in toto, nec ut accidens in subjecto, sed ut locum in locato, sed locum spiritualementem seu sustentantem, non ut locum commensuratum seu condivisum, nempe ita ut Deus est immensus seu ubique; adestque orbis; itaque omnia in ipso, est enim ubi sunt res et ubi non sunt, et manet unde discedunt, et jam fuit ubi accedunt.

Autor: Quod Deus alia mediate, alia immediate produxerit Cabalistarum concursus sententia est. Hinc subinde loquitur de principiatio quodam primo quod Deus immediate ex se effluere fecerit, et quo mediante caetera in serie et ordine sunt producta idque variis nominibus salutare solent gratia sunt Adam Cadmon, Messias, Christus, λόγος, verbum, primogenitus, Homo primus, homo coelestis, dux, pastor, mediator, etc. Rationem asserti alias reddam. Rem ipsam agnovit Spinoza, ut praeter nomen nil desiderare possis. Sequitur inquit (*Eth.* p. 1. schol. prop. 28) secundo, quod Deus non potest proprie dici causa remota rerum singularium, nisi forte ea de causa ut scilicet eas ab iis quas immediate produxit vel potius quae ex absoluta ejus natura sequuntur, distinguamus. Qualia autem sint illa quae ex absoluta Dei natura sequi dicuntur sic explicavit prop. 21. Omnia quae ex absoluta natura alicujus attributi Dei sequuntur, semper et infinita existere debuerunt sive per idem attributum aeterna et infinita sunt. Haec autor ex Spinoza quae omni fundamento carent. Deus nullam creaturam infinitam producit, neque ab ullo argumento ostendi potest, nec assignari potest in quo ea differat ab ipso.

1 activis (I) Ent (2) vel Entelechiis L 2 *Eth.* (I) p. 3. (2) p. 1. L 2 f. rerum (I) nec (2) potentiam Dei (3) et (a) reru (b) (*Tract.* . . . n. 2) rerum L 6 et (I) a Deo (2) in Deo L 9 f. ut (I) adquo (2) accidens L 12 orbis (I), id est omnia (2); itaque L 12 manet (I) ibi (2) unde L 26 carent. (I) Deus (2) Deus nullam (a) rem infinitam producit (b) creaturam infinitam producit L 26 neque (I) ad (2) ab L

6 Spinoza an Oldenburg, November/Dezember 1675, GEBHARDT IV, 307.

Nam quod sibi imaginatur Spinosa ex quovis attributo peculiarem prodire infinitam Rem, ex extensione infinitum quoddam extensione, ex cogitatione infinitum quemdam intellectum, oritur ex varia imaginatione de divinis quibusdam attributis heterogeneis velut cogitatione et extensione, et innumeris aliis fortasse. Nam revera extensio non est attributum per se cum non sit nisi repetitio percipientium. Extensum infinitum non nisi 5 imaginarium est. Cogitans infinitum est ipse Deus. Necessaria et quae ex infinita Dei natura sequuntur sunt aeternae veritates. Creatura particularis ab alia producitur, at haec rursus ab alia. Sic ergo non concipiendo veniretur ad Deum si progressus in infinitum fingeretur, et tamen revera non ultima minus quam alia anterior a Deo pendet.

Ait Tatianus in *oratione ad Graecos* spiritus inesse stellis angelis stirpibus aquis 10 hominibus et quamvis unus et idem sit, differentias tamen in se habet. Sed hanc ego doctrinam minus probo. Est error de Anima mundi per idem diffusa et quae instar aeris in organis pneumaticis pro diversis fistulis diversos sonos facit: ita fracta fistula cessabit illic anima redibitque in animam mundi. Sed sciendum est tot esse substantias incorporeas, vel si mavis animas, quot sunt machinae organicae naturales. Sed quod ait Spinosa 15 *Eth.* p. 2. schol. prop. 13. Omnia quamvis diversis gradibus animata tamen sunt, alia mirabili sententia nititur. Nam, inquit, cujusque rei datur necessario idea in Deo, cujus Deus est causa eodem modo ac humani corporis idea. Sed plane ab omni specie rationis alienum est animam esse ideam. Ideae sunt aliquid mere abstractum ut numeri et figurae, nec agere possunt. Ideae sunt abstractae et universales: idea animalis est ejus possibilitas, 20 et illusio est animas immortales dicere, quia ideae sunt aeternae, quasi globi anima aeterna diceretur quia idea sphaerici corporis aeterna est. Anima non est idea, sed fons innumerabilium idearum. Habet enim praeter ideam praesentem activum aliquid seu productionem novarum idearum. At secundum Spinosam, quovis momento alia erit anima, quia mutato corpore alia est corporis idea. Hinc non mirum si creaturas pro 25 modificationibus evanidis habet. Anima ergo est aliquid vitale seu continens vim activam.

1 f. infinitam (1) substantiam (2) Rem L 5 percipientium. (1) Nec apparet (2) Extensum L
 7 veritates. (1) Causa secunda (2) Creatura L 8 non (1) veniretur ad Deum, sed (2) concipiendo L
 10 |Quod *gestr.* | Ait L 10 ad (1) Gentes (2) Graecos L 10 angelis (1) spiritibus (2) stirpibus L
 12 probo (1) ideo (2) . Est L 12 mundi (1) , quae (2) per L 12 instar (1) venti (2) aeris L 13 f. ita
 . . . mundi *erg.* L 14 mundi. (1) Sed haec sententia es (2) Sed L 15 Sed (1) itaque (2) quod L
 18 Deus est *erg.* L 19 est |idem *gestr.* | animam L 19 numeri (1) vel (2) et L 21 illusio est (1) idea
 (2) animas L 21 dicere (1) pe (2) , quia L 21 quasi (1) sphaerae noster (2) illa de |(3) globi *erg.* | L
 23 praeter (1) activa (2) ideam L 25 idea. (1) Hinc non hab (2) Hinc non mirum L

Ait Spinoza (*Eth.* p. 1 prop.16) Ex necessitate divini naturae infinita infinitis modis, (hoc est omnia quae sub intellectum finitum cadere possunt) sequi debent. Haec sententia falsissima est, et idem est hic error cum eo quem Cartesius insinuavit, materiam successive omnes formas suscipere. Spinoza incepit ubi Cartesius desinit: in naturalismo.

5 Idem male (Ep. 58) mundum divinae naturae effectum esse, etsi pene addat non esse factum fortuito: Datur medium inter necessaria et fortuita, nempe liberum. Mundus est effectus Dei voluntarius sed ob rationes inclinantes seu praevalentes. Et licet fingeretur mundus perpetuus, tamen necessarius non foret. Potuisset Deus aut non aut aliter creare, sed non erat facturus. Putat Ep. 49. Deum ea necessitate mundum producere qua se

10 intelligit. Sed respondendum est, multis modis res esse possibles, at ut se non intelligeret, impossibile erat. Spinoza porro ait *Eth.* p. 1. schol. prop. 17. Scio plures esse qui putant se demonstrare posse ad Dei naturam summum intellectum et voluntatem pertinere, nihil enim perfectius agnoscere se ajunt quod Deo tribuere possunt, quam id quod in nobis summa perfectio est . . . ideo maluerunt Deum ad omnia indifferentem statuere, nec

15 aliud creantem praeter id quod absoluta quadam voluntate statuit creare. Verum ego me satis clare ostendisse puto a summa Dei potentia omnia eadem necessitate sequi, eodemmodo ut ex natura trianguli sequitur ejus tres angulos duobus rectis aequari. Ex initio horum verborum patet Spinosam Deo non tribuere intellectum et voluntatem. Recte negat Deum esse indifferentem et absoluta voluntate aliquid statuentem. Statuit voluntate

20 rationibus innixa. Res ex Deo sequi, ut proprietates ex triangulo, nullo argumento comprobatur, neque Analogia est inter essentias et res existentes. Idem schol. ad prop. vult intellectum et voluntatem Dei cum nostro solum nomine convenire, nam nostrum esse posteriorem rebus Dei priorem, sed hinc non sequitur solo nomine convenire. Alibi tamen dicit cogitationem esse attributum Dei et ad illam referendos particulares cogitandi

25 modos. *Eth.* p. 2. prop. 1. dem. Sed tunc putat autor eum loqui de verbo Dei externo, quod Ep. p. 5. mens nostra pars intellectus infiniti.

Mentem humanam ait Spinoza *Eth.* p. 5, prop. 23, demonstr. non posse cum corpore absolute destrui, sed ejus aliquid remanere quod aeternum est. Id autem ad tempus non referri adeoque durationem, inquit mente, nisi durante corpore non tribuimus. Et in

3 materiam (I) satis (2) successive L 11 Spinoza (I) itaque quod (2) porro erg. | L 14 est (I) ideo (2) . . . ideo L 15 creantem (I), quam (2) praeter L 16 a (I) Dei (2) summa Dei L 21 inter (I) veritates et res (2) essentias L 27 demonstr. erg. L

5 Spinoza an Boxel, Oktober 1674, GEBHARDT IV, 251.
 9 Ep. 49: vielm. Ep. 75, Spinoza an Oldenburg, Dezember 1675–Januar 1676, GEBHARDT IV, 312.

scholio subsequente ait, Est haec idea quae corporis essentiam sub specie aeternitatis exprimit, certus cogitandi modus, qui ad mentis essentiam pertinet quique necessario aeternus est, etc. Haec illusoria esse apparet, haec idea est qualis figura sphaerae cujus aeternitas nihil ad sphaerae existentiam, cum sit ipsa possibilitas idealis sphaerae. Itaque nihil est quod dicitur mentem nostram quatenus corpus sub aeternitatis specie involvit aeternam esse. Pari jure aeterna erit, quia aeternas veritates de triangulo intelligit. Mens nostra non durat nec tempus refertur ultra actuaalem corporis existentiam. Ita Spinosus d. 1. qui eam cum corpore perire putat quia iudicavit ipsum corpus organicum semper manere etsi transformetur.

Addit autor: quod mentes in alia et alia corpora migrant variasque domos et habitacula aeternitatis nusquam a Spinoso diserte proditum lego, inferri tamen ex ejus sententia posset. Sed errat noster. Eadem anima Spinosae non potest in diversis esse corporibus, quia idea corporis unius, non potest esse idea corporis alterius, ut figura sphaerae non est figura cylindri. Spinosae anima adeo fugax est, ut nec ad momentum existat, nam et corpus idea manet.

Spinosus, *Eth.* p. 5. prop. 21. ait memoriam et imaginationem cum corpore evanescere. Sed ego censeo semper aliquam imaginationem et memoriam manere et sine illis animam nullam fore. Neque putandum est mentem existere sine sensu seu anima. Ratio sine imaginatione et memoria est consequentia sine praemissis. Aristoteles etiam putavit, durare solum $\psi\upsilon\chi\eta$ mentem, seu intellectum agentem, non animam, sed ipsa etiam anima agit et mens patitur.

Ait Spinosus *tr. de Emendat. intellectus* p. 384 veteres nunquam quod sciam conceperunt uti nos hic animam secundum certas leges agentem, et quasi aliquod automa (+voluit dicere Automaton+) spirituale. Hoc autor de sola Anima non de mente interpretatur, et animam agere secundum leges motus, et causas externas. Ignorarunt ambo. Animam dico sponte agere, et tamen ut Automaton spirituale, idque et de mente esse verum. Non Animam minus quam mentem ab exteriorum impulsibus communem esse, et non animam magis quam mentem determinate agere, ut in corporibus omnia fiunt per motus secundum leges potentiae, ita in Anima omnia fiunt per conatus, seu desideria secundum leges boni. Consentiant duo regna. Interim verum est quaedam in anima sic esse ut non nisi per externa adaequate explicari possint et eatenus anima obnoxia est externis, non influxu physico, sed ut sic dicam morali, quatenus nempe Deus in condenda

4 nihil | ad *erg.* | sphaerae L 5 dicitur (1) mentis (2) mentem L 8 corpus (1) manere idem (2) organicum L 14 adeo (1) semper (2) pr (3) fugax L 18 anima (1) , non ratio si (2) Ratio L
25 f. ambo (1) , et mente (2) . Animam L 28 agere, (1) quo (2) ut L 30 Consentiant . . . regna *erg.* L
32 morali (1) . Ex (2) , quatenus L

mente magis ad alia quam ipsam respexit. Nam ipse in unoquoque condendo et conservando respicit ad alia omnia.

Voluntatem autor male appellat conatum cujusque rei persistendi in esse suo. Voluntas enim ad specialiora modumque existenti perfectiorem tendit. Conatum hunc male ait ipsam esse essentiam cum essentia sit semper eadem, conatus vero variant. Affirmationem, conatum mentis perseverandi in esse suo, id est conservandi ideas suas, non admitto. Habemus hunc conatum etiam cum nil affirmamus. Praeterea apud Spinosam mens est idea, non habet ideas.

Male etiam putat affirmationem et negationem esse volitionem, cum tamen haec praeterea rationem boni involvat.

Spinoza Ep. 2 ad. Oldenb. Voluntatem ait differre ab hac vel illa volitione, ut albedinem ab hoc vel illo albo. Itaque voluntatem non esse causam volitionis, ut humanitas non est causa Petri et Pauli. Causa igitur alia egent volitiones particulares, voluntas est tantum Ens rationis. Haec Spinoza. Sed voluntatem nos accipimus pro potentia volendi, cujus exercitium est volitio. Ergo utique per voluntatem volumus, sed verum est aliis causis specialibus opus esse ad determinandam voluntatem, nempe ut certam producat volitionem. Certo modo modificanda est. Voluntas ergo ad volitiones non se habet ut species vel speciei abstractum ad individua. Errores non sunt liberi nec actus voluntatis, etsi saepe per liberas actiones ad errores nostros concurramus.

Dein Spinoza *tr. pol.*, c. 2 n. 6. Homines inquit in natura velut imperium in imperio (Malchuth in Malchuth addit autor) concipiunt. Nam mentem humanam a nullis causis naturalibus statuunt produci, sed a Deo immediate creari a reliquis rebus adeo independentem, ut absolutam potestatem habeat se determinandi et ratione recte utendi. Sed experientia satis superque ostendit, quod in nostra potestate non magis sit mentem sanam quam corpus sanum habere. Haec ille. Mea sententia quaelibet substantia est imperium in imperio, sed exacte rebus caeteris conspirans. Nullum ab alio quocumque praeter Deum influxum accipit, sed tamen ab aliis omnibus (sed per Deum autorem) dependet, immediate a Deo prodit, et tamen aliis rebus consentanea producitur. Caeterum non omnia sunt aequae in nostra potestate. Nam magis huc vel illuc inclinamur. Malchuth seu regnum Dei

4 f. male (I) appellat (2) ait L 5 f. Affirmationem |esse gestr. |L 7 cum (I) non i (2) nil L
 12 volitionis, (I) nec (2) ut L 14 rationis (I), sed (2). Haec L 18 vel (I) differen (2) speciei L
 18 liberi (I) et (2) nec L 25 ille. (I) Equidem fatendum est (2) Mea L 26 exacte (I) conforme caeteris
 (2) rebus caeteris L 26 conspirans (I) inde (2). Nullum L

11 Spinoza an Oldenburg, September 1661, GEBHARDT IV, 9.

nec divinam, nec humanam libertatem tollit, sed indifferentiam aequilibrii, quam statuunt, qui rationes actionum suarum, quas non intelligunt, nullas esse putant.

Spinoza putat mentem valde firmari si qui fiunt necessario fieri intelligat, sed hoc coactu patientis animum contentum non reddit, neque ideo minus malum suum sentit. Secus est si intelligat bonum ex malo sequi, et quae fiunt nobis optima esse, si sapimus. 5

Ex his etiam intelligitur quae Spinoza de amore Dei intellectuali habet *Eth.* p. 4, prop. 28 nonnisi ad populum phaleras esse cum in Deo omnia bona malaque indiscriminatim necessario producente nihil sit amabile, verus Dei amor fundatur non in necessitate sed bonitate.

Spinoza *de Emend. intell.* p. 388 ait rerum particularium, id est talium quarum 10 existentia nullam habet connexionem cum earum essentia quaeque proinde aeternae veritates non sunt, nullam dari scientiam, sed tantum experientiam. Haec pugnant cum iis quae alibi dixerat, omnia necessaria esse, omnia necessario fluere ex divina essentia.

Idem p. 2. *Eth.* sch. prop. 10 oppugnat eos, qui naturam Dei ad essentiam rerum creaturarum spectare ajunt, et tamen alibi statuerat res sine Deo nec esse nec concipi et ex ipso necessario oriri. 15

Part. 1. *Eth.* prop. 21 contendit causa ea finita et temporalia a causa infinita immediate non produci, sed huc (prop. 28) produci ab aliis singularibus et finitis, sed quomodo ergo tandem a Deo oriuntur? Nam nec mediate ab eo oriuntur hoc modo, quia nunquam ad ea pervenietur, quae non similiter ab alio finito. Non igitur dici potest Deum mediantibus causis secundis agere, nisi producit causas secundas. Dicendum ergo potius Deum producere substantias non earum actiones ad quas solum concurrunt. 20

Autor incommoda Cabalae non aliter excusat §5, quam quod sint omni philosophiae communia, etiam Aristotelicae et Cartesianae, et ideo etiam Cabalam doceri posse. Allegat deinde quod Aristoteles creationem et providentiam neget, unam intelligentiam in tota specie humana statuatur, Cartesius causas finales tollat. Putat autor Scholium M in 25 Academiis Aristotelem doceri jussisse.

Putat autor veteres voluisse ut philosophia in scholis doceretur quae possit a Theologis corrigi et impugnari, ne quis per omnimodam Theologiae cum philosophia conspirationem seductione diaboli (si displicet, autor vis irridens loquitur) per omnimodam 30

1 tollit, (1) nec tamen libertatem indifferentiae in (2) sed L 6 f. *Eth.* . . . 28 *erg.* L 12 pugnant (1) iis (2) cum iis L 17 (1) *Eth.* part. 1. prop. 36 (2) Part. . . . 21 L 17 causa (1) et (2) ea *erg.* | L 19 eo (1) qui (2) oriuntur hoc modo L 24 et ideo . . . posse *erg.* L 25 quod (1) Cartes (2) Aristoteles L 26 Cartesius (1) modos in Deo neget (2) causas L 26 autor (1) Academiis (2) Scholium L 28 ut (1) Theolog (2) philosophia L 29 f. conspirationem | (di Deus placet) *gestr.* | seductione L 30 loquitur (1) in han (2) per L

Theologiae cum philosophia conspirationem in hanc cogitationem incidat, Religionem Christianam esse opus rationis. Haec noster quae irrisoria mihi videntur. Quanto magis ratio conspirat religioni, tanto melius omnia habentur. Supererunt tamen semper quaedam revelata, quae sunt facti et Historiae et rationi aliquid superaddunt. Et hoc praetextu
5 hostem admitti, ne nimis amico consentire videamur, insubidum fuerit.

Theologiam nec a philosophia opem petere, nec detrimentum pati autor putat p. 77. Male. Philosophia et Theologia sunt duae veritates inter se consentientes nec verum vero pugnare potest, et ideo si Theologia vera philosophiae pugnaret, falsa foret. Philosophiam ait niti fundamento sceptico, ratione nempe respectiva qua homines res ex hypothesi
10 concipiunt, quasi vero philosophia vera Hypothesibus niteretur. Ait quo magis Theologia et philosophia dissentiunt, hoc minus Theologia gravi suspicione poterit contaminari: imo contra, cum verum vero consentiat, suspecta erit Theologia quae cum ratione pugnat. Dudum explosi Averroistae Philosophi inertes seculi 15 et 16 qui duplicem veritatem
15 statuebant. Contra invecti philosophi Christiani, ut conspirationem philosophiae et Theologiae ostenderent. Male Cartesius libertatem hominis non posse conciliari cum natura Dei.

Notat autor doctrinam de Animarum Recivatu in corpora a Christo in discipulis, et a Christianis in origine esse toleratam. Sed sciendum est revera nullum esse transitum Animae de corpore in corpus, nisi quatenus corpus ipsum insensibiliter mutatur:
20 Metempsychosis foret contra regulam, quod nihil per saltum. Animam de corpore transire in corpus perinde est ac corpus saltu ire de loco in locum nec tamen per intermedia transire. In omnibus his rationis egestas.

2 Haec (I) ut dixi irri (2) noster L 5 admitti, (I) qu (2) (←) (3) ne (a) amicum habeamus, ne his (b) nimis L 7 Male (I) , utitur (2) . Philosophia L 14 statuebant (I), aut (←) (2). Contra L 15 hominis erg. L 19 f. mutatur | et *gestr.* | Metempsychosis L 20 saltum (I) quasi (2) . Animam L